158

ut rationem verbi uniuscuiusque magis
opinati sint quam expresserint,
Apostolum arguant inperitiae qui
ob multas litteras insanire dicatur,
scio te cum ista legeris rugare frontem
et libertatem rursum seminarium timere
rixarum, et meum si fieri potest os digi
to velle conprimere ne audeam dicere
quae alii facere non erubescant,
Rogo quid a nobis libere dictum est,
numquid in lancibus idola caelata discribsi,
Numquid inter epulas xpianas virgina
libus oculis bacharum satirarumque conplexum
...sum quae amarior sermo pulsavit
num quid ex mendicis divites fieri volui
Numquid reprehendi hereditarias sepulturas
Unum miser locutus sum quod virgines se
pius deberent cum mulieribus esse quam cum mas
culis, Totius oculos urbis offendi cunc
torum digitis notor, Et multiplicati
sup capillos capitis mei qui oderunt me gratis
et factus sum illis in parabolam. Et tu
putas aliqua de inceps esse dicturum
Verum ne flacchus de nobis rideat am
phora coepit institui currente rota
cur urceus exit, Revertamur ad
nostros bipedes asellos et in eorum aure
bucina magis quam cythara concrepamus,
Illi legant spe gaudentes tempori servien
tes, nos legamus spe gaudentes domino
servientes, Illi adversus presbiterum accu
sationem omnino non putent recipiendam,
nos legamus adversus presbiterum accusa
tionem ne receperis nisi sub duobus aut
tribus testibus, Peccantes autem coram omnibus
argue, Illis placeat humanus ser
mo et omni acceptione dignus, Nos cum
grecis id est cum apostolo qui grece lo
quitur erremus. fidelis sermo et omni
acceptione dignus, Ad extremum
Illi gaudeant gallicis caractherii, nos
solutos vinculis et ad salvatoris minis
terii praeparatos Zachariae asellus
Illo dilectet qui post quam domino terga pre
buerit coepit esaiae consonare praeconio.
Beatus qui seminat secus (iuxta) omnem aquam
ubi bos et asinus calcant,

LII
# HIERONIMUS AD MARCELLAM DE ONASO

MEdicos quos vocant cyrurgicos
crudeles putant et miseri,
An non est miseria alienis
dolere vulneribus et mortuas carnes
dente secare ferro non horrere cu
rantem quod horret ipse qui patitur
et inimicum putari, Ita se natura habet
Ut amara sit veritas. blandimenta
aestimentur, Esaias in exemplum
captivitatis futurae nudus non erubescit
incedere, Hieremias de media hie
rusalem ad eufraten fluvium me
sopotamiae mittitur ut inter
inimicas gentes. ubi est
assyrius et castra
chaldeorum ponat
periza...

% obliq; gallus dni furat sup emenda gone d&raxerat

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0317